



Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena

Cabilliau, Baudouin

Antwerpen, 1625

Elegia IV. Magdalena exposit pro lanceâ admitti in Christi latus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

MAGDALENA AMANS.

Scilicet his spinis Amor ardet, & ardet oliuo:
(Crux olea:) his flammis pabula sanguis alit.
Si tibi sanguinæ viuam legis arbore tedam,
Perpetui fructus instar hic ignis erit.
Ardeat o' dio, pia Magdalisa, ardeat astro!
Sub Cruce, fax Solymo stabit honora iugo.

ELEGIA IV.

MAGDALENA exposcit pro lanceâ ad-
mitti in CHRISTI latus.

LANCEA quò properas CHRISTI bibi-
tura cruentum?
In latus, heu! Domini lancea saeva mei?
In video augusti tum nobile pignus honoris,
Cui datur in Dominos ire, redire, sinus;
Arcana que operire fibras, & Amoris asylo
Purpureo saevæ pandere mortis iter;
Rimarique cauas alto sub corde latebras,
Vnde fluit vitæ vena benigna meæ.
O si nunc eadem mihi fors foret! altius isto
Hærerem thalamo sanguinei lateris:
Nec image, vt vacuas celer hasta recurrit in auras,
Inde meus fixo corde rediret Amor.
Tam dulcē poteras malè prouida linquere sedē?
Non ego, ad hoc vulnus si mucro fortè forem.
Sed cur non Amor (vt solers faber ille) recudit?
Cor in acuta necis spicula digna Deo?
Nil vetat excidi teretem de corde mucronem:
Cor trifidum cuspidis nonne triforis habet?
Cor acutæ natura: piæ id prætexe sarissæ;
Et cor in Domini curret, vt hasta, sinus.

D 6

Non

Non ego crudeli rescindam pectora ferro;

Si quod erit vulnus, vulnus Amoris erit.

Imbuet & noster non noxia spicula sanguis,

Aut si quis melior sanguine succus eat.

Mulcebo lacrymis, mulcebo & vulnera nardo,

Vel si quis nardo dulcior halat odor.

Sed quid ego in vanas pia cœpta refingo que-
relas,

Et desideriis spes ego fallo meis?

Fallere vota parum est: falsis spes irrita votis

Adiçcit arsuras in mea damna faces:

Et desideriis auget crescentibus ignes;

Tum redit in vacuum multa querela sinum.

An querar? immitti mors quod dedit aspera ferro,

Ah! mihi cor Christi cur dare tardet Amor?

Hæc tua Christe fides? nostri hæc fiducia voti?

Vt quâ cuspis ijt, Magdalin ire vetes?

Cor morti reseras, & viuo id claudis amor?

An tibi mors vitâ dulcius ergo decus?

Cor ô claude neci, viduæque reclude clienti,

Vt m̄eus in Domini pectori viuat Amor:

Seu potius regnet, solioque superbus eburno,

Purpureoque toro Regia sæcla trahat.

Lux mea rumpe moras. spes sera deurit aman-
tem:

Otia tarda celer ferre retractat Amor.

Ah! nondum iustas facilis bibis aure querelas,

Nec patet ô votis vlla fenestra meis?

Ecce tibi lato latus omne dehiscit hiatu:

Credo sub his costis limen Amoris hiat.

Limén Amoris hiat, & eburnea pandit amanti

Ostia, queis roseo purpura flore rubet.

O me

O me felicem! subeo iam pectus I E S V:
 Dicebam imprudens. heu! mucro clausit iter.
 Prō scelus indignum! fera mors sub pectore I E S V.
 Sævit, & in lacrymas Magdalæ exsul abit?
 Quid morti ah! licuit? Regina superba cruento
 Mors sedet in solio, purpureâque togâ:
 Et cor inexorata meo sera claudit Amori.
 Id merui? hæc nardi præmia summa meæ?
 Hos ego tot lacrymas, tot balsama & oscula, in
 vius,
 Ut seclusa Dei pectore mœsta querar?

E L E G I A V.

MAGDALENA *spinam cruentam*
sub Cruce alloquitur.

C R V X vbi sanguineas diræ necis explicat
 vimbras,
 Panditur ah tragicæ scena cruenta mali,
 Scilicet ut tristi pia Diua sub arbore sedit,
 Affigens Dominæ pendula corda cruci;
 Aspera dos luctus, letique maligna supellex,
 Incidit ignarum spina redundca sinum.
 Quæ simul ut vidit pignus dotale doloris,
 Et tetigit tenerâ spicula dura manu;
 Ilicet exclamat mordaci saucia telo,
 Sic tamen ut spinis gaudia blanda legat:
 Spina procax diro quæ dente lacefslis I E S V M,
 Deque sacro I E S V tintæa cruore madet;
 Vngere te dicam, num pungere? fluctuor anceps,
 Vngis amans leni sanguine, pungis acu.
 Vulneror, an sanor? telū an medicamen ab vnceto

D 7

Sumo